



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De humilitatis studiosis. cap. lxxxiiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D<sup>o</sup> IOANN. DAMASCENI

De honore: & quod alij aliis honorem habere debeant.

CAP. LXXX.

Job.

Rom. 12.

I. Pet. 2.



M P I V S non veretur faciem honorati viri: nec scit eiusmodi homi-  
nibus honorem habere.

Charitate fraternitatis inuicem diligētes, honore inuicem praeue-  
nientes.

Tanquam Dei serui omnes honorate.

De publicanis.

CAP. LXXXI.

Chrys.



V I D eft telonium? Legitima rapina, violentia libertate p̄adita, iniustitia  
legis p̄esidio subnixa. Quid eft telonium? Pudoris expers peccatum, rapi-  
na excusatione careſ, latrocinio grauior. Latro pudore ſaltem afficitur, dum  
aliquid ſurripit: hic autem fidenti ac libero animo eft, dum diripit.

De turbarum ac tumultuum authoribus.

CAP. LXXXII.

Pro. 6.

29.



E R V E R S U M cor fabricatur mala: in omni tempore, qui eiusmodi  
eft, turbas conflat ciuitati. Propterea repente veniet ei perditio ſua:  
quia delectatur omnibus rebus, quas Deus odio habet. Viri impij  
inflammauerunt ciuitatem.

De ordine, & ſtatu, ac ſerie: & quod ſuum quemque ordinem feruare  
oporteat.

CAP. LXXXIII.

I. Cor. 3.



N V S Q V I S Q V B in qua vocatione vocatus eft, fratres, in hac maneat.  
Ordo rerum omnium pater eft.

De humilitatis ſtudioſis.

CAP. LXXXIII.

Gen. 18.

Exod. 4.

I. Reg. 25.



E S P O N D E N S Abraham, dixit, Quia ſemel coepi, loquar ad Do-  
minus meum, cum ſim puluis & cinis.

Ait Moyses ad Dominum: Obſcro Domine, non ſum eloquēs  
ab heri & nudiſtertius: & ex quo locutus eſt ad ſeruum tuum, impe-  
ditioris & tardioris ſum linguaꝝ.

Dixit Abigail ad Dauid, In me ſit Domine mi hæc iniquitas: loquatur obſ-  
cro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro Domi-  
nus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal, quoniam ſecundum  
nomen ſuum ſtultus eft.

Abbatis. In hoc ſita eft humilitas, ut quifpiam peccatorem ſe eſſe reputet, nec coram Deo boni K  
Eſaiæ. quicquam facere. Opus autem humilitatis, eft silentium colere, ſe ſe cum nemine metiri,  
In quo ſi- non contendere, ſubiectum eſſe, oculos humili demifſos habere, mortem ſibi ob oculos propon-  
ta ſit hu- nere, à mendacio abhorre, inanibus sermonibus operam non dare, maiori non reluctari,  
militas. sermonem ſuum conſtabilire nolle, contumeliam ferre, requietem odiffe, ad labores ſe  
adigere, animum vigilantem præbere. Frater, ſtude hæc præcepta diligenter exequi, ne  
alioqui anima tua vitiosarum omnium affectionum domicilium ſit. In his ſingulis vigi-  
lanti animo elabora: ne viuuerum vitæ tue curriculum inane atque infrugiferum  
reddas.

De artibus, & earum inuentoribus.

CAP. LXXXV.

Genuit

A **E**nviit Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque *Gen. vi.* pastorum. Et nomen fratris eius Iubal: ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera aeris & ferri. Chus genuit Nemrod: ipse *10.* cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino.

B **E**questre certamen primus excogitauit Enyliostes Neptuni filius. Idem autem equestre *Didym.* certamen currule Dipolis inuenit. Primus enim Oenomaus quadrigis huiusmodi certamen obiit. Iam vero Circi structura ad mundi, hoc est coeli, terræ ac maris, gubernationem dispensata est. Quippe duodecim portas, duodecim zodiaci orbis domos esse prodiderunt, qui terram & mare, ac fluxum humanae vita cursum moderatur. Solum autem Circi, terram uniuersam esse. Euripum item, mare, cuius locus terra inferior est. Fossum porro terram, quæ portas versus est, Orientem: eam autem quæ ad cœcum est, Occidentem. Septem vero spartia, motum & cursum esse septem stellarum, quibus magna ursa constat. Rex autem Romulus in honorem ipse quoque Solis ac subiectorum ipsi quatuor elementorum primus quadrigarum, hoc est terre, maris, aeris & ignis, cursum inuenit, ac Romæ, hoc est in Italia, quæ ad Occasum sita est, celebravit. Atque his quatuor elementis hec nomina imposuit, terra nimurum viridem partem, mari, hoc est aquis cœruleam, igni rufam, aeri denique, ut candido, albi nomen indidit.

## De homine contumelioso.

## CAP. LXXXVI.

C **O**s qui insolentia efferebantur, humiliauit. Omnem contumeliam humilius humilius. *Iob.*

**E**Malus cum contumelia facit mala: Contumeliorum domos *Pro.* disturbat Dominus. Oculi contumeliosi lingua iniusta est. Quocunque introierit contumelia, illic etiam ignominia. Melior est *16.* vir clemens & placidus cum humilitate, quam qui diuidit spolia cum contumelia.

Qui insolentia sublimes sunt, conterentur, & humiliabuntur. *Esa.*

D **Q**uemadmodum vox in locis solitariis emissâ, integra rursus ad loquenter revertitur: *Basil.* sic etiam contumelia ad connivitatem redeunt. Vel, ut rectius loquar, vox quidem ipsa simile: integrâ redditur: maledicentia autem cum fœnore reddit.

Quicquid turpe atque in honestum est, minimèque huic congruens qui probis operibus studere consuevit, contumelia est.

## De abstemiosis.

## CAP. LXXXVII.

E **M**NES bibetes aquam, omnes dati sunt in mortem: & electa Libani *Ezech.* omnia bibentia aquâ, ipsi quoque descenderunt cum eo in infernum. Modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas *1.2m. 5.* infirmitates.

**N**emo ab aqua crapulam contraxit. Nullius inquam caput condoluit, aqua degrana- *Basil. de* tum. Nemo alienis pedibus opus habuit, bibendæ aquæ assuefscens. Nullius pedes tanquam *Ieun. o-* vinculis quibusdam astrincti sunt: nullius manus ad munus suum obtemplum inutiles red- *rat. I.* dita sunt:

Bibere vis? Scatet tibi aqua, perenne poculum, potio temulentæ expers, latitia vi- *Naz.* nec ignara.

## De somno &amp; vigilia.

## CAP. LXXXVIII.